

Y *le*  
4109



H  
S  
A

G  
D

L

C



Q. 134., 45<sup>e</sup>

Yb  
4109

**HARTZGERODÆ,**

Inexhaustis opibus Metallicis,

**SERTUM RUTACEUM**

ANHALTINÆ Domûs Antiquissimæ,  
RESPICIENS FORTUNA,

Wittenbergæ  
Publicè repræsentabitur

à  
PRÆSIDE,

**GEORG. CASP. KIRCHMAJERO,**

Orator. Prof. Publ. longè celeberrimo,  
Acad. Seniore Venerando, ac h. t. Ord. Phil.

DECANO maximè Spectabili, &c.

*Dn. Patrono, Præceptore ac Promotore suo etatè*  
*Colendo,*

&

RESPONDENTE,

**CHRISTIANO MASCKIO,**

Stargard. Pom.

*In Auditorio Majori,*

*Ad Diem Junii Anno M DC XCVII.*

---

VVITTEBERGÆ,

EX FORMIS CHRISTIANI SCHRÖDTERI, ACAD. TYP.







B. C. D.

§. I.



Oeli Luminaria, majora ipsa, Sol & Luna nempe, siqve fides Artificibus in arte tribuenda, Planetarum simul aliquot minorum comites, Circum-Joviales maxime, eclipsin patiuntur sæpè; quidni magis Lumina in terris? id est, Reges, Principes, Summates, & Illustriores Domus? Oritur, ascendit, culmen petit Phœbus, Phœbe; mox descendit iterum, declinat, occidit. Fatali fiunt ista lege, ac divinâ Providentiâ adgubernante temperantur. Sidera diversæ apparitionis universa oriuntur, lucent, influunt in hæc inferiora; denique disparent, dum merguntur. Subeunt vicissitudines alternas pariter Imperia, Principatus, Dominatus, Nationes, Urbes, Oppida, Familiæ. Omnibus determinatum tempus asserit Ecclesiastes *Salom.* (c. 3.) quibusvis propriam sub cœlo rebus & personis. Labor operis immensû foret, ire per exempla. Sola ANHALTINA Domus, quæ cum Antiquissimis certare de primatu potest, sufficit. ASCANIORUM gloria Romanis gentibus, ad imperandum, indulgentiâ cœlesti, destinatis, controversiam de vetustate, non ex vano, movet. Neque tamen illud agimus, quod actum olim; ut ASCANIOR. Aborigines percenseamus ex Historicis, & ad *Ascania Saxonica* accomodemus Comites: cum nova redeat de *Ascenaze* quæstio. *Wolfgangus Lazius*, Historicus Cæsareus, de Gentium migrat. sub init. lib. I. scribit: *Asciburgium ad Rhenum*, memoratum *Tacito*, ab

A

Asce-

*Ascenaze* ac *Ascanio* denominatum. Et, si conijcere licet, (adjicit,) *Ascania Comitatus apud Saxones, quo titulo Anhaltini gaudent Principes, ab Ascanio illo dictus est. Quæ hic nec confirmare rationibus, nec confutare argumentis, sedet. Addat, adimat, qui volet, fidem. Illud certum, ultra Urbis, dominæ æternæ, epocham natales celebres ASCANIORUM Latinor. extitisse.*

§. II. Habuit, Imperioque dedit Electores plurimos Saxonicos ac Brandenburgicos Anhaltinorum stemma unicum. Quot olim regiones, ditiones, urbes? imò quot Ducatus barbaris ereptos *Slavis (Henetis)* cum floruisset, diditâ longissimè per orbem famâ, rexit? Edidit, sex comprehensam libris, Genealogiam de *Marggraviis Brandenburgensibus* antiquis, (uti ipse memorat, in *Chronicis, Brutusius*, lib. I. c. XI.) & in iisdem accuratiùs recensuit res *Anhaltinas*. In ibidem illa refert f. 475. *Ordolphus Graf zu Ballensiedt und Ascanien, des Geschlechts der Fürsten zu Anhalt/ ein Sohn Herrn Esici, der hat im 4ten der Teutschen Turnier zu Marsburg / Anno Domini 969. gehalten/ ein und zwanzig Spieß zerbrochen. Derhalben Ihm Frau Appollonia, Graf Friedrich von Orlamünde Gemahl / welche die vornehmste Haupt-Frau geordnet/ den besten Danck / und das beste Geschenk gegeben. De Gerone, primo in Lusatia Marchione, Gerenrodensis Monasterii fundatore, ista prodidit in *Chronicis* Episcopus *Dithmarus*, lib. 2. Marggraf Gero/ der tapffere Held/ und Beschützer des Vaterlandes/ nachdem er nun sehr alt war/ zog nach Rom / und legte seine Sieghafftigste Waffen für S. Peters/ des fürnehmsten Apostels/ Altar nieder/ -- und hat alle seine Erblande dem H. Erren beschieden / und seines Sohns (Siegfrieds) verlassene Wittwe / Frau Hedwig/ nachdem Sie zuvor das Ordens-Kleid angenommen/ im Kloster*

Kloster Geretrode/ welches also von Ihm genant  
ist worden/ zur Eptifen S. Bernhards Regel gemacht.  
Hæc ad Ann. Chr. 961. sub 25. Ottonis M. Imperatoris A.  
in Histor. Martisburgica Ditbmarus. Pleni sunt admi-  
randorum operum Annales veterum istius ævi equidem  
Scriptorum, Luithprand. Helmold. Vitichind. Sigeber-  
ti Gemblacens. Ott. Frisingens. Regin. Abb. Lambert. Schaf-  
nab. Theodoric. de Niem, Cluniacens Monach. Rodulphi Gla-  
bri, Frodoardi; quique gesta Cæsaris Ottonis M. persecu-  
ti sunt. Hic ille fuit, sub quo aureum illuxit Seculum;  
„(da gieng die Hoffnung besserer Zeiten an! als Kaysere  
„Otto in Germanien Gold und Silber auß der Erden am  
„Hartz/ mit sonderbahrem Fleiß/ erstmals gewältigen ließ/)  
ut Sigebertus Anno Chr. 968, Otb. Frising. 6. Chronic. 24.  
nec non Ditbmarus prædicant.

§. III. Meretur istud etiam notari, quod Albertus  
Krantzius Saxon. lib. 5. c. 25, de necessitudine Imperato-  
rum per sequentia secula, & Ascaniorum Comitum, in-  
primis Balenstediorum, observavit. Opera, inquit, preci-  
um est, intelligere, quis fuerit ille Otto, cui primam filiam  
despondit Magnus, Dux Saxonie. Erat is Comes de Balen-  
stede, pater Comitum de Anehold, (sic Anbaltinos nomi-  
nat, pro ruditate ævi,) tenuitque Soltwedel suo tempore.  
Qui cum locum tituli sui consecraret in monasterium divi  
Benedicti; (hodie vocant Balingstede) concessissetq; ipse  
cum familia, & omni domo, in arcem Anehold: unde,  
detrito & abolito priore, titulum mutuabat; quam  
usq; hodie tenent ejus posterii. Reliquit is, ex Ma-  
gni filia, filium Albertum, cognomento Ursum, qui meruit  
Marchionatum de Brandenburgo, contenditq; cum Henrico

Catulo (i. e. VVelfo,) Leonis patre, de Saxonie Ducatu; cum illi faveret Imperator Conradus. Sed is Albertus plures reliquit filios, Ottonem, post se, Marchionem, Sifridum Archiepiscopum Bremensem, Bernhardum; quem Fridericus primus Imperator, destituto Leone, surrogavit Ducem Saxonie, qui sanguinem traheret Magni, sicut Henricus Leo. Hæc de necessitudine Anhaltinorum cum Principibus ingentis axiomatis, & in sublimiorem statum exaltatione Krantzius; de armis autem & insignibus sequentia ibidem addit.

§. IV. Otto, Pater Alberti, stratoria ligna in clypeo, transversa, atro gilvoq; colore variata ferebat. Bernhardus, ad pedes Imperatoris Friderici, jam de Ducatu Saxonie investitus, orabat, ut aliquo, à fratribus, discrimine arma Ducatus sui insignirentur. Tum Imperator, ut erat coronatus, per æstum, Ruteam Coronam injecit, ex obliquo, supplicantis clypeo. Hoc ergo fertum est, quod paternis insign. Bernhardus jam Imperatoris dono adjecerat. Nam vetera Saxonie signa candidum præferebant pullum equinum. Αξιωματικῶτα sunt Regiarum ædium ornamenta illa, Taurinensis Regio Palatio suspensa, in magnificis Inscriptionibus Thesauri Illustrissimi Emmanuelis Comitis relata destinataque VICTORI AMADEO, p. 114. seq. Edit. Colonienf. Brandenburgic. An. 1671. hoc sensu :

Funereum quem cernis equum,  
Horrendo SIGUEARDI Saxonis,  
Herentem clypeo,

Vanda-



*Vandalis fatalis, ut olim Troje,  
Ad barbarorum exitium,  
Innumeros Heroes pariet.*

In expositione lemmatis, *Sigueardo* (rectius *Sigwardo*,) *Saxoni*, equinum pullum tribuit nigricolorem, infrenem & erectum, argenteo in clypeo gestanti, & cum *Vandalorum* Rege, lanceâ prostrato, confligenti. *Vvitekindi* abnepos, *Sigwardus*, candido, non nigro amplius, gavisus equo est in armis; ceu fatetur ipsemet *Thefaurus*; & ibidem addit: Quòd *Sabando* & *Saxonico* in clypeo, præter pullum candidum, fasciolarum aliquot aurei atrique coloris alternatim, & transversim adjacent, ex tabulâ dignoscitur, quâ *Otho*, *Ballenstediensis Saxo*, *Anbaldie Comes*, *Vandalis* devictis, qui Imperium *Rom.* infestabant, tantam mox fiduciam conceperit de *Cæsaris* beneficentiâ, ut novo stemmate fortunam sibi novam hinc ominaretur.

§. V. Digna est, quæ legatur cum attentione, Inscriptio *Thefauri*:

OTHO SAXO ANHALDIÆ COMES,  
SAXONICO EQVO DISCOLORES IN FASCIAS  
MUTATO,  
NOVO STEMMAE NOVAM SIBI FORTUNAM  
SAGIT,  
NEC VIRTUS VOTIS,  
NEC VIRTUTI DEFUIT, FORTUNA.

Ad hanc ita commentatur Autor inclytus in Tabulâ: *Bernardus*, *Anbaldie Comes*, ob insignia facta, *Ducali Apice* donatus, rogat *Cæsarem*, ut stemma patrium, cum fratribus commune, singulari aliquâ distingueret notâ. At *Cæsar* foliatum *Rutæ* ramusculum, quem in manu habebat, supra *Bernardi* clypeum obliquat. Atq; inde *Saxonico* & *Sabando*

*in stemmate Rutea Corolla, suprâ bicolores fasciolas obliquè proserpit. Inscriptio sic habet;*

BERNARDI ANHALTINI SINGULARIA MERITA  
SINGULARI DUCATUS DIGNITATE MUNERATURUS  
FRIDERICUS CÆSAR,

AVITIS FASCIOLIS RUTEAM COROLL. ATTEXTIT,  
APTE: QUID ENIM DIGNITAS, NISI AMARUM DECUS.

§. VI. Plura hîc, ad explicandum pariter ac emendandum, sese nobis offerunt. Et eò quidem facit observatio *Georgii Fabricii*, rer. Misnic. altero volumine, tit. de *Anhaltini & Ascanie Ducibus; Bernardus II. Alberti Ursi filius, Othonis nepos, Magni, Saxonie Ducis ultimi, è filia pronepos, è gente nobili Principum Anhaltinorum & Ascanensium, Henrico Leone exauctorato, in conventu VVurciburgio, (Herbipolitano) Anno Christi, suprâ millesimum centesimum, octuagesimo (octogesimo,) Dux Saxonie pronuntiatur ab Imperatore, Friderico I. Barbarossa. Ditionem electoratus, VVitebergiam in suam potestatem redigit, primusq; sedem in superiore Saxoniam, eo in loco figit; concedente ei provinciam, quæ longo tempore domicilium Electorum postea fuit. Hæc Historicus Misnensis; qui in Chronico Saxonico, ad Ann. Chr. M CCL. desinente, talia legisse, memorat. Obiisse dicitur, An. 1212. Ballenstadii sepultus, cum uxoribus duabus, Jutta Danica, & Thuringica Sophia,*

§. VII. Hîc autem illa spectant, quæ vim faciunt Historiæ; Ac primò maximè notari debet tempus, & in eo Imperator. Suprà jam tum castigavimus, *nigricolare* pullum. Nunc tractabimus & *fascias* obliquè proserpentes *bicolores*. Insignia *Anhaltinorum Principum*, cum pluri-

pluribus, sunt *fasciae*, sed *nigrae*, cum *Rutaceo ferto*. *Aureus Laterculus* representare solet *V. nigras fascias*. Quo symbolo antiqua Dynastia *Ballenstet* significatur. Hinc *Pomarius* in *Chronic. Saxon.* has trabes *Ballen* nominat, *Balcken*. *V. D. Casp. Sagittarius* in *Hist. Anhalt.* c. 43. §. 4. His fasciis coalescentes, ab eadem Domo, ditiones lateparentissimæ, *Saxonica ac Brandenburgica* indigitantur. Ist also Anhalt/dem Nahmen nach/ein Anhalt und Zusammensfügung beyder hohen Häuser worden. Qua de re, *Dn. Spenerus* in *Heraldicis*: *De eo*, inquit, *minus dubitaverim, Anbaltinas ditiones, ἀνάστασια esse Saxoniam atque Marchiam; adeoque symbolum hoc ex utriusque symbolis compositum, non solum memoriam servare, in hac gente Serenissima, uno tempore Electoratus duos viguisse.* Nihilominus fatendum, *Anbaltinam* arcem vetustissimam jam diu ante *Albertum I. & Bernardum II.* extitisse; dignam certè, quæ ex antiquissimis ruinis, ad memoriam perennem, restau- retur! Quando coeperit, *Melchias* prodidit *Nebelius*: daß dieser alte Burgstall und Schloß am Hark / Anno 914. schon von denen Herren Grafen von Ascanien und Ballens Räte erbauet worden sey. *Brotuffius* ad *Frideric. I.* retulit investituram: Dieser Kaiser befürstete *Henricum* auf dem Hark / und auf das alte edle Schloß zu Anhalt / und sollte nun hinfürter Fürst des Harkes / auf Anhalt / seyn / und dasselbige Fahnlehen vom Röm. K. zu Lehen tragen / und empfangen. etc.

§. VIII. *Multa nunc se ἀξιωματικῶς offerrent,* si de singulis agendum hic, occasione expræmissis datâ, foret. Ipsamet meretur *Vitteberga* hæc, ut, & propter arcem veterem, & sepulturam Principalem, in *Franciscanorum* olim Templo, & Cœnobio, (jam Granario,) tot Electorum totq; Ducum piis manibus spectabilem, adjiceremus

remus aliquid uberius. E vetusto *Chronic. Saxonie. Fabricius* recensuit, *Bernbardum II.* sedem in Saxonia superiori suam hinc fixisse primum. Fabulis annumerari debet, castrum *Wittebergæ*, mœnibus munitum, jam à *Wittekindo* conditum, dictumque esse. Neque muris cincta oppida, nec propugnaculis munitæ civitates, ante tempora *Henrici Aucupis*, in terris occurrebant *Saxonum*; exceptis paucis admodum. Ille primus ordinavit, ut ad colendos agros Viri VIII. nonus quilibet ad Civitates habitandas & ornandas deservirent. *Sigebert. Gemlac.* ad Ann. Chr. 925. *Witichind.* lib. I. E *Zabnensibus* ruderibus exstructam olim loci hujus arcem esse, alibi docebitur. De *Ballenstedii* antiquitate testimonium fert *Ballenstadiensis* monachus, *Henricus Bassus*; quem secutus est *Brotusius*. *Henricus Senior Meibomius* in *Chronic. Bergens.* ad *Arnoldi* vitam, prodidit memoriæ, *Canonicorum* celebrem Ecclesiam, ab *Efic. IV. Ottonis III. Comitis*, fundatam *Ballenstedii*, Ann. Chr. 943, dicatam ordini *Benedictin.* Quisquis fuerit, egregius *Vindiciar. Anhaltin.* auctor scripsit: *Sedis hujus antiquissimæ (Ascaniæ) heres dominusque erat Ariboberingerus. Illum Gryphonis Franci socium Pipinus, fratrem bello persecutus, obsessum cepit A. 747. & in Galliam abduxit; castrum diruit, quod Albertus II. Ascanius An. Chr. 862. paravit.*

§. IX. Longius enumeratu quoque foret, si *Ascaniensium* percenseremus hinc origines. Quantumvis enim, inter eos non profiteamur nomen, qui cum *Cass. Peucero*, lib. 4. *Chronic. Carion.* Comitum *Ascaniæ* familiam solam ferè vetustissimam *Europa*, inter tot gentium mutationes & vicissitudines, inde ab *Ascaniis* in *Latio*, jam ante *Romam* conditam, durasse, credunt: aut cum *Georgio Bersmanno* in *Orat. funebri, Servestæ* habit, An. 1587. in obit.

Anhal-

peucero X

Bersmann

*Anhaltinor. Princip. ac Domini, DN. Joach. Ernesti, à divisi orbis tempore, ac Ascenaze repetunt; id ultrò quoque largiamur, ab initio Ascharia, vel Ascaria hæsisse nomen. Comitatus ac ditioni, euphonia gratiâ Ascania; (jam olim Ascherlebia vocata etiam, ut Ascherleva in Histor. Danic. ap. Pontan. l. i. velut à Saxonibus antiquis, Anehold, & Anehalt, secundum Kranzium, & Brunsvvicense Chronic. ap. Mader. in Antiquit. Brunsvvic. p. 21. appellabatur;) nulli tamen dubitamus affirmare, nomen URSI, & insignia URSINI altiùs omninò, quàm ab Alberto Urso derivanda esse. Præterquàm enim quòd Saxonia antiqv. Duces multos habuerunt Comites in clientela; quos enumerat Conringius ó. m. l. 3. de Finib. Imp. c. 16. post initium. Berengarios, Ursinos, Welphos, & Wolfgangos, Aribones, Amadeos, (nomina familiariora Anbaltinis,) deprehendimus celebria, sub Longobardorum, è Saxonia in lætissimos Italia agros, irruentium temporibus. Undecunque hauserit Dresserus, scripsit in Histor. Orb. f. 999. tit. Fürsten zu Anhalt/und Grafen zu Ascanien am Harze: Auß diesem Volck ist bürtig gewesen Fürst Beringer / welcher Kaysar Theodosio dem Jüngern im Kriege gedienet / und von Ihme / wegen seiner Ritterlichen Thaten / zum Fürsten zu Ursino ist gemacht worden. Aribertus, oder Aribo, ist in Teutschland geschickt / und zum Stadthalter des Landes Sachsen / wider die Soraben / oder Wenden / geordnet worden. -- Von diesem kommen her die Herren und Grafen zu Ascanien und Ballenstedt auff dem Harz. Albertus Urs. bekam die Mark Brandenburg im Jahr Christi 1142. -- Von Ihm sind viele Städte in der Mark entweder gar neu gebauet / oder doch zum wenigsten gebessert und erweitert worden; als nemlich Berlin / Bernau / und andere mehr. Hæc ille. Illud extra dubitationem positum, quod cum Lamb. Schafnab. Autor bell.*

B

bell.

bell. Saxonici, temporibus *Henrici IV.* Cæsaris ad Ann. 1075. *Martini* sic refert factum, supplices victosque & Imperatori reconciliandos advenisse, post *Wernerum*, & *Bucconem*, Præsules *Saxonia*, *Othonem* *Bavarum* *Saxonieq;* Ducem, *Magnum*, &c. ex Comitibus nonnullis, *Berengerum*, *Bern*, & alios.

§. X. Nos de *Rutaceo* *Anbaltinorum* *Saxonumq;* *serto*, & collatione ejus, addimus nonnihil. In commune referunt Scriptores ad Imperatorem *Fridericum I.* memorabile hoc factum. Ex Inscriptionibus *Theauri* *Comitis*, & *Equitis* insignium Majorum, supra constitit, *Othoni* *Balenstadiensi*, propter reportatam illustrissimam à *Vandalis* (seu rectius à *Slavis*, *Venedis*, ) victoriam, insignia collata nova esse ab Imperatore. Subdit mox: A *Friderico* Cæsare donatum *Apicem* *Ducalem* *Comiti* *Anbaltis* *Bernardo*, & *Ramusculum* ex *Ruta* *foliatum*. Præstat, ut distinctius res capiatur ex *Georg. Fabricio*. Sic ille altero, de *Saxonia* *Electores*, *Volum.* ubi è *Comitibus* *Supplinburgi* vitam breviter declinat *Lotharii* *Augusti*. Ex *Helmoldo* & *Inscriptione* veteri, deprompta è *Sacello* quodam, isthæc refert. *Victi sunt eodem die* *Vandali*, *Transalbini*, quos *Imperatori*, contra *Saxones* *suppetias* *laturos*, inter *Muldam* & *Salam*, *fluvios*, *Otho* *Balenstadius*, *Magni* *Saxonia* *Electoris* *gener* *superavit*, *Anno* *supra* *millesimum*, *centesimum*, *quinto* *decimo*, *Calend.* *Februar.*

*Sunt hominum occisi quadraginta & millia quinque,*  
*Ipsa nempe die* *Dionysi*, *Martyris* *almi*.

In *Anbaltinis* *Ducibus*, & *Bernardi* *II.* vita prodit: A *Friderico* *I.* Cæsare, *Alberti* *Ursi* *filium*, *Bernardum* hunc *Saxoniae* *pronunciatum* *Ducem* *esse*, *Anno* *Chr.* *1180.* *Confunduntur* *nempe* *nomina*, & *tempora*. *Bernardus* *quidem* *fuit*, *qui* à *Friderico* *I.* *sertum* *retulit* *Rutaceum*. Pro qua  
senten-

sententia *Albertum* quoque stare *Kranzium*, indigitavimus  
jam ante. Si *Bernardus* igitur *Saxonia* creatus ab Impe-  
ratore *Frid I.* Dux est; ut *Brotusius* disertè quoque memo-  
rat in *Chronicor.* lib. 2. c. 16. (ubi de *Hoyeri* Comitis *Mans-  
feld.* & strage à *Saxonibus* *Henrico V.* & *Cæsareis* illata agit;)   
Denn zur selbigen Zeit hat das Herzhogthumb *Saxen* den  
grünen Kauten Kranz/ mit den 5. schwarzen Balcken/ noch  
nicht geführet / welchen darnach Kaysar *Friederich* der I.  
*Herrn Alberto*, dem Sohn *Bernhardi* gegeben. Vides, non  
*Bernardo*, sed *A'berto*, sertum vindicari primùm à *Brotusia*  
*Rutaceum*. D. autem *Sagittarius*, ὁ *υαναρῆς*, in *Hist. An-*  
*halt.* c. 43, insignia *Anhaltina*, nigras fascias *Rutaceum*que  
sertum Comiti *Henrico*, Principum adscripto Ordini, à  
*Friderico*, sed II, tribuit collata. Litem tamen dirimit,  
cum gestis temporum ac personarum, *Genealogia*; quam  
non pessimè is adornavit cap. peculiari. Accuratiùs vi-  
delicet *Wolfg. Lazio*, in migration. opere, de *Marcoman-*  
*nis*, lib. 9. f. 523. seq.

§. XI. Sed de his dixisse hactenùs sufficiat. Idenim  
potiùs nunc agimus, ut Domùs ANHALTIN. antiquissi-  
mæ *Rutaceam* Corollam ab HARTZIGERODÆ inexhau-  
stis opibus Metallicis, accessionum novos sibi polliceri pos-  
se cumulos, edoceamus; Nomen & respectum loci bre-  
viter (cùm pauca admodùm *Scriptores* veteres prodide-  
rint de isto,) repræsentaturi. Nomen est conflatum ex  
*Hercynia*, oder *Hartz* / & *Roda* / cum intrusa terminatione,  
ge. Quo ferè sono efferuntur ad *Hercyniam* vicina loca,  
*Wernigeroda*, *Elbingeroda*, *Memmingeroda*, *Gernroda*, *Kö-*  
*nigsroda*, *Stangeroda*, *Steinroda*, *Wiseroda*, *Timmenroda*,  
*Alroda*, *Branderoda*, & (in agro *Mansfeldico*) *Auroda*,  
*Blumenroda*, *Bischoffsroda*; in *Goslariensi* tractu, *Immen-*  
*roda*, *Wolfgeroda*, *Isenroda*, *Gogenroda*, *Wülperoda*, *Aben-*

Miss. Meibom

Scheffer

Visi-hrad

*roda, Marienroda, Walsroda, &c.* oppida nimirum, castra, monasteria, pagi, municipia. Originem *Hercyniae* investigavit diligenter in eruditissima de *Harzicis Metallifodinis*, dissertatione, DN. *Meibomius*. Ut hic supersedere nobis liceat hanc evolvendam quaestione: Descendatne id vocabuli ab *Hercule*, an à *resina*, *Harz*? ceu placuit *Cluverio* lib. 3. *Germ. Antiqu.* cap. 47. an ab incolarum solita *duritie*? weiln die Harzländer vor andern dauerhafte Leuthe seyn: an à *Germanorum* antiquorum *Dea Hertha*, i. e. terrâ? veluti *Schefferus* in *Upsal. antiqu.* c. 8. p. 114. fusiùs ostendit. *Apollonius* in 4. *Argonauticor.* c. 4. montem nominat *Ἐξούριον*. jugum *Plinius Hercynium* in *Hist. nat.* l. 4. c. 14.

§. XII. De posteriore voce, *Roda*, possit aliquis mirari, cur omiserit hanc terminationem adeò de talibus sollicitus Geographus *Cluv.* in *Germ. Antiqu.* l. 1. c. 13. à *campis, sylvis, fontibus*, denominari *Germanor.* habitacula inqvirens? nisi fateamur ipsum ignorasse lingvæ genium *Slavonica*. Tamen verò non ignorem, *Rode* Viro celeberrimo novale esse: *Rode*, tamen *Rod/grod/grad/hrad/* antiquis *Slavis* (vulgò *Vandalis*), *Bohemis, Russis, Dalmatis, Polonis*, hodiernis nihil aliud, quàm castrum, arcem, burgum, fortalitium, significat. Hinc *Bily-hrad*, ad confluentes *Savi & Danubii*, insigne caput *Rascie*, aut *Servie*, *Belgradum*, i. e. Album castrum notat: *Wisszyhrad* / excelsum castrum, *novæ Prage*, è ruinis suis etiamnum, imminens, & vastâ mole hinc de scopulo præterlabentem spectans *Wltaviam*. *Germani*, imò *Venedi*, *gard* efferentes, *Star-gard, Nevgard*, *Pomeraniae* oppida, ex *Starygrad*, & *Neygrad* formarunt. Formæ sunt diminutivæ *Hradecz/ Hradecium*, aut *Gradecium*, excisâ literâ, *Gracium*, sive *Greag* nostratibus; *Gradisca*, *Italorum & Slavoniae*; i. e. castrum minus aut castellum, vel oppidulum. Hinc familiarum non-



nonnullarum nomina, *Windischgrätz*, *Biligrätz*, & *Groitz*, h. e. munimentam minus; &c. vid. eò Dn. *Reines.* in *Variar. Lect.* l. 14. sub fin. Propius in rem eam scripsit nuper *Abraham Frenzelius*, Vir Rever. Pastor in *Schönaw* / 2. lib. de *Lingv. Sorabic. Origg.* c. 1. p. 381. *Rod* (roda) *Sorabis*, *Polonis* & *Bohem.* genus, stirpem, familiam, nativitatem, generationem, *Geschlecht* / *Stamm* / *Geburt* / *Ursprung* / *Anfunfft* / denotat; ab *Ebraeor.* רוד, inverso litterarum ordine, *generation.* metaphoricè indigitat cohabitationem. Hinc *Novvygorod* generationem indicat; *Donkogorod* ad fontes *Tanais* insigne castrum *Moscovitis* est.

§ XIII. Quid inde, dicat aliquis, si sciam, quidnam *Rod*, *Geroda*, aut *Roda* sibi velit? Audi! vox *Sorabica* à *Slavis*, *Sorabis*, si non exstructa, occupata tamen, & denominata loca, municipia, castella, pagos, oppida subinfert. *Rode* / *Röthe aulam* etiam significare alio *Frenzelius* laudatus loco docet; p. 376. edit. *Sittav.* *Lusat.* An. 1694. Sic *Tanckvvarderoda* arguit *Tanckvvardi Brunsvicensis* olim arcem. Nam & hic, & *Magdeburgi* (cùm adhuc pagus esset,) & *Rostochii*, *Wismariae*, *Lubeca* trans ac cis *Albim*, ad *Hercynia* usque juga dominati, & grassati contra *Christianos Saxones* fuerunt, atque linguam propagarunt suam. Memorabilis *Alberti Krantzii*, è *Saxon.* l. 1. c. 32. locus is: *Regnante Francis Dagoberto Wandali* (quos nonnulli *Winulos* dixere,) cùm adhuc vicinam tenerent provinciam, quæ nunc terra *Brunsvicensis* est, cum vicinis *Ecclesiarum prædiis*, *dissimulantibus* (aut *invitantibus*) *Saxonibus*, ut per occasionem excuteret *Francorum* jugum, irrupere in *Thuringiam*, tùm parentem *Francis*. Ex *historia Conringius* solidiore, in, de *Finib. Imperii*, secundo lib. cap. extremo quinto decimo: *Per est*, inquit, *verosimile*, *Saxonum* coloniis *habitari* illas terras cepisse demum, post in-

stitutum ibi, ab Henrico Aucupe, Marchionatum; cumq; Sclavorum incursionibus omnis illa regio tantum non in solitudinem redacta, Canuti Ducis auspiciis exulta est; quod ille Germanis cum primis faueret, populosam Saxoniam gentem, ex eo, in vacuos agros oppidaq; commigrasse. Quam in modum omnem vicinam Slavoniam numerosis coloniis in linguam & mores suos commutaverit.

§. XIV. Prolixius evagaremur hic, si operæ id datum nobis crederemus, ut ex Scriptoribus, post Christum natum, omnis ævi, cædes, copias, victorias, migrationes, & barbariem recenseremus *Venedorum*, (derer *Wenden*;) *Vandalorum* verò sive *Wandalorum* gesta planè non attingimus; contenti observasse, quod adduxit ex *Helmodi Chronic. Slavor. Dn. Conringius* allegato ante loco, cap. seq. *Theodoricum* Marchionem *Brandenb.* & Ducem *Saxonie* *Bernbardum*, Orientalem pariter *Slavoniam* & Occidentalem, ad obsequia præstanda sibi, gravi servitutis jugo pressam, adegisse. Nec id *Wippo* in vita siluit *Conradi Salici*. Et sub *Henrico V.* omnis penè *Slavia* fidelitatis ac subjectionis juramentum Duci præstitit *Saxonie*. Fuerunt autem *Wagiri* (s. *Wagris*) *Polabi*, *Obotriti*, *Cycini*, (s. *Kisfinsi*,) *Circipani*, *Lutici*, *Pomerani*, & universæ *Slavor.* nationes, intra *Albim*, mare *Balthicum*, & longissimo ad *Polonorum* terras usque tractu, quibus summo imperavit jure *Rex Slavorum* idè & *Nord Albingie* vocatus est *Henricus V.*

§. XV. Non est prætereunda memorabilis h. l. epocha, quam *Otto Frisingensis* signat, l. 7. *Hist. c. 10.* terras omnes *Venedorum*, sub gravissimo tributo, Ducibus *Saxonie* ac Marchionibus *Brandenb.* paruisse. Imò etiam, invitis incolis ac recusantibus, *Christianorum* admisisse sacra; propterea fugaris partim, partim trucidatis, per assidua quoque bella denique ad solitudinem redactis *Slavis*, ut de-

sidera-

siderati sint coloni, evocati postea ex *Flandria, Hollandia,*  
*Frisia, Westphalia,* sub *Conrado III. & Friderico I. Caesare.*  
*Albinus* ita exprimit in *Chronic. Misn. Tit. 8.* umb *Käyser*  
*Friderici Barbarossa* Zeiten/oder wie *Chronic. Philippi* melo  
det/ unter *Keyser Conrado III. Svevo,* hat der *Marggraff* zu  
*Brandenburg/ Albertus Ursus,* des Geschlechts der ienigen  
Fürsten zu *Anhalt/* neben die *Meißner* und *Harzländer* an  
die *Sale/ Elbe/ und Havel/* viele *Holländer* und *Flandern/*  
an der *Sorben/ Lausniger/* und anderer *Wenden* statt gese-  
set/ daher in dem *Churfürstenthum* umb *Wittenberg/*  
noch heut zu *Tage/* der *Städte* *Niederländische* *Namen* vor-  
handen seyn; als *Kemerich/ Cameracum,* welches man de-  
pravatè *Kemberg* aufredet; *Brück/ Bruga, Niemeck/ Neo-*  
*magum, Rabenstein/ oder Ravenstein/ Acken* an der *Elbe/* o-  
der *Aquisgranum:* und zwar der ganze *Strich/* auff der *Hö-*  
*he* daselbst/ umb den *Flemmig/* von den *Flandern* genen-  
net worden. Addimus nos plura oppida, à *Grafenhaag/*  
*Gräfenhågen/* corruptè *Gräfenhången/* à *Lewarden/ Lieb-*  
*werde/* à *Mechem/ Müglen/ &c.* An & vicos aliquot ad-  
jiciamus? *Diesen/* à *Diest/ Dorna/* à *Dornaco, Leß/* à *Löizis,*  
*Gendt/* à *Gend, Ypern/* ab *Yperm.* Misere ut errent cum  
*Philippo,* aliisq; qui à *Friderico Sapiente* demum hæc im-  
posita vicinis oppidis fuisse nomina, ex Oriente ad memo-  
riam retenta, aut ab *Ebraeorum* gente, nescio quâ, excogi-  
tata putant: ecce *Jessen, Zabna, Seida, Domitsib, Prata, &c.*  
veluti à stirpe *Jessen, Zion, Sidon, Damasco, Ebrata,* & sic  
porrò: cum nomina hæc, & in his oris plurima, ut vita-  
tum, sic pagorum, *Slavica* originis significatum inferant,  
e. g. *Dresden/ Leipzig/ Torga/ Niemeck/ Zerbst/ Zörbig/*  
*Drizen/ Brena/ Rochlis/ Coldis/ Leisnick/ Jüterbock/*  
*Schlieben/ Belgern/ Lommatsch/ Kemniz, Ossichiz, Wurzin,*  
*Dalin, Scopow, (vulgò Bschopa) Zwickow, Glauchow, Stre-*  
*low,*

mit dem Land

Wappen

Gräfenhagen

Scla.  
tudi-  
d illo  
tem,  
ma-  
lin.  
d da-  
istum  
nes, &  
den; )  
attin-  
modi  
cap.  
Saxo-  
Occi-  
jugo  
di Sa-  
tis ac  
erunt  
f. Kis-  
r. na-  
ad Po-  
it jure  
cus V.  
epo-  
ras o-  
Saxo-  
m, in-  
sacra;  
ndua  
ut de-  
sidera-

Scherbock

low, Cotisbroda, (Ketschber/ Zemminick, Doberlug/ Dar  
brun/ Brada/ Gumla/ Dobin/ Cospwig/ &c. qua de re, ali-  
quando alibi. Res est ridicula, sed eruditiores tamen fu-  
git plurimos, ignaros linguæ *Slavica*, quid propriè signi-  
ficent vocabula hæc & unde oriantur, Schuls/ Schelm/  
Zeche/ (apud homines metallic.) Scherbock/ &c.

§. XVI. Quo hæc tempore *μετοικεσία* facta sit & si  
quærat, respondebit *Spangenberger* l. 1. *Chron. Mansf.*  
cap. 226. Anno 1162. *Loco Venedorum, in Ducatum Megapo-  
litanum, Pomeraniæq; partem, Frisii & Saxones, interque  
Albim, Viadrum & Salam, Flandri & Hollandi, à Leone Saxo-  
ne (Henrico, inquam, qui non prætermitti debet,) traducti  
sunt.* Ad Ann. Chr. 1160. quidem maximum res à Leone  
contra *Slavos* gestas refert in *Memorabilium* 2. lib. uni-  
vers. *Saxonie Fabricius*: Hoc anno *Wratislaum, Prebista-  
um, Bureum, Obotritorum Reges, Henricus Leo Saxonia Ele-  
ctor superavit.* Eodem latrocinia repressit in *Saxonia;*  
*Lubecam* restauravit & ornavit privilegiis. Sed nec unius  
Anni, nec unius actus hæc migratio censenda est. Hinc  
circumspectior *Conringius*, ad *Frideric. I.* quidem gloriosa  
gesta hæc, non ad certum tamen omnia annum refert.  
Universim primò fateamur opus est, originem & migra-  
tionem numero & barbarie immanis populi, *Slavorum* in-  
quam, i. e. *Venedorum*, (& confusè *Vandalor.*) *Serborum*,  
(sive *Soraborum, Serviorum*,) opidò antiquam oriã nomine.  
*Slavorum* nomen enim, ante tempora *Francorum* secundæ  
stirpis, quos *Carolingos* dicimus, in usu quidem fuit, ante  
tamen *Francos Merovingicos* non memini legisse me. Si  
*Jornandem* excipias de reb. *Getic.* *Serbi, Sorabiq;*, portio  
*Slavorum* quidem, post *Germanorum Vandalos*, in eas mi-  
gravere terras, quas priores incolæ reliquerant; cedebant  
derelictæ occupantibus, linguamq; suam simul inferenti-  
bus,

bus, abolitâ *Teutonicâ* in illis locis, ubi *Sorabi* & plures *Venedorum* nationes habitabant. De antiquitate *Plinius* discretè tradit in *Hist. Nat.* l. 6. c. 7. *Serbos* Aborigines *Cimmeriis* annumerandos, & *Meoticos* fuisse olim, *Europæos* adhuc tamen. *Jornandes* interim, Episcopus *Gotbor. Ravennæ*, sub *Justiniano* inclytus, in *Gotbicus* de *Winidorum* populosa natione scribens, principaliter *Sclavinos* nominari, paulò post commemorat, post *Venetos* (leg. *Venedos*,) & *Antes* & *Sclavos*; quos ubique deservire, omnibusq; *Scythia* & *Germania* nationibus imperare, queritur. De linguæ *Soraborum Slavica* exterminatione *Manlius Christophorus* lib. 4. *Commentar. rer. Lusat. Albertum Ursium* laudat maximè.

§. XVII. Hic ergo vindex fuerat vernaculæ, in *Saxoniam*, & *judicia Principum Anbaltinorum* reducendæ. Tempus ipsum exprimit *Charicus*; Anno 1293. haben sich *Albertus* und *Bernhardus II.* mit *Conrado* Abbate *Nienburgensi* veralichen / daß die *Wendische Sprach* abgeschasset / und allein die *Teutsche* in *Gerichten* / von ihren *Umbleuthen* solte gebraucht werden. &c. Intelligimus hinc, *Slavorum* ad id tempus terminos, non intra *Salam*, *Albim*, atqve *Viadrum* duntaxat constitisse, uti *Soraborum* speciatim. Populationes quidem *Slavicas* *Henricus Auceps* sagacissimè inhibiturus, *Misnia* *Marchiam* instituit, ad *Bobæorum* cohibendum impetum; *Dismaro* referente; aliiq; contra *Slavos* alios, opponebantur *Comites*, *Theodoricus* scil. ad limites tuendos *Brandenburgicos*. Verissimè *Cbytræus* scripsit in *Saxon.* post *Krantzium*, nec non *Calvisius* in *Oper. Chronol.* p. 854. *Slavorum*, sive *Venedorum* regimen, non his tantum, inter *Albim* & *Varnum*, regionibus inducebatur, sed longè gentium à mari *Balthico*, & *Obotritorum* terris, in *Wagriam*, *Pomeraniam*, *Cassubiam*, *Marchiam Brandenburgicam*, *Saxoniam*, *Bohemiam*, *Poloniam*, *Borussiam*, *Sarmatiam*, *Dalmatiam*, *Croatiam*, extendebatur, conf. *Neugebauer*, in *Hist. Polon.* lib. 1.

C

§. XVIII.

X  
§. XVIII. Ut jam exploratissimæ sit fidei, *Hartzigerodam* etiam fatales *Venedorum* furias expertam esse. Neque dubitandum, sicut castrum vetustissimum *Ascania*, & *Alt-Anhalt* dirutum ab hostibus; sic idem subisse fatum pariter, *Hartzigerodam*. Ne quid hîc dissimulemus, HATZKERODA multis in Scriptoribus & tabulis vocatur Geographicis. *Pontan.* in *Hist. Danic.* disertè ita, & post restaurationem ex ruinis refert: *Hatzkeroda* & *Brück*, munitas civitates ab *Othone Comite Anhaltino* oppignoratas accepit *Ericus VII.* Rex *Daniæ*, Anno 1315. *Boigthen Hatzgeroda* dicitur apud *Cheric.* ad An. 1316. vocari *Bernhardus II.* vom *Burchardo Archiepisc. Magdeb.* investiret werden. Olim enim, propter jura aliquot Ecclesiastica & beneficia concessa Monasteriis, *Episcopi Magdeburg.* atque *Halberstadiensis*, in vicinos Comitum, Principum Ducumq; ditiones, Urbes, arces, villas, pro errore seculi, prætensiones sibi vindicabant plurimas. Testatur *Winnistadius* in *Chronic. Halberst.* *Episcopi Brantagi* tempore, *Gogravium* antiquitùs fuisse præsidem justitiæ, in castro *Hartingow*; quod Anno 1034. exustum dirutumq; sit. *Diplomata Cesarea* & ex *Archivis* monumenta fidem faciunt, vocatum olim omnem montium istorum tractum *Hart* (i.e. *Hartz*) *gow*; qui à Comitatu *Blanckenburg* & *Reinsein* prospicit, ex parte Orientis *Quedlinburg.* & Principat. *Anhalt.* ad Meridiem insignes Comitatus *Stolbergensem*, *Schwarzburg.* & *Hohensteinens.* juxta Occident. Ducatum *Grubenhag.* & *Vernigerod.* Comitatus sicuti versus Septentrionem, *Halberstadiens.* Episcopatum. Postquam autem Anno *Cbr.* 1100. *Goviarum* nomen in his oris desit; per Principatùs, & alicubi Ducatus, Comitatus, regiones, Castra, & id genus, facta est divisio, sub *Henricis* & *Ottonibus*, in primis primis: conferantur eò amplius *Christoph. Lehmannus* in *Spirens.* *Chronic.* & *Brummer.* *Dissertat. Reinesian.* de Comitibus antiqv.

§. XIX. Possemus hic excurrere ad montis *Bructeri* cellissima vestigia, & hinc deducere tot fluviorum, *BODE* nomen referensium, origines; *Slavorum* itidem *Rbedariorum*, in

in *Ascaniensi* agro quondam commorantium avitas memora-  
re sedes, & exponere, quid *Rheder* sibi isthuc velit?

*Nam Boda Hercynidum verus regnator aquarum.*

Qui, per mediam aeris regionem, caput tollit *Bructerus*, in  
summo vertice, *Piniferi* exemplo, lacum continet profun-  
ditatis inexhaustæ; per diversos diversorum montium, ceu  
cornuum, meatûs hydragogos, largiter diffundit & demit-  
tit varias in regiones varios subjectos fluvios. *Polonis Bode*  
notat *cornu ferio*; de quadrupedibus cornupetis, ut cervis,  
tauris, hircis prædicatur *proprie*, *improprie* de fluminibus ru-  
entibus, per præceps; quibus cornua attribuuntur à Poetis.  
Cataractas *Bode* in *Hercyniis*, (à nobis visis pluries,) horribi-  
les, in primis juxta *Hasselfeldam*, cum immani strepitu, nec si-  
ne delicatiorum piscium dispendio, minatur ibi, ubi à vesti-  
giis equinis dictis, volvitur per rupium mæandros. Ne quid  
hic de *Venedorum* vado (nobilis ferraria vocatur ibi *Wende-  
furth* / eine berühmte Eishütte / so die warme Bode treibet / dicam.  
*Flumina* diversa, *Bode* nomen referentia (nam plura non  
atingimus in præsens) varias in oras mittit. Inde aliud die  
*falte Bode* / warme Bode / Lubbode / & Rattbode audit. Fallor?  
an hinc nomina Virorum *Radegast*, *Rattbode* derivantur?  
quidni municipium etiam *Ascaniense Radegast*? Idolum  
*Slavis* quoddam *Rhadagasi* nomine adorabatur, testimonio  
*Helmoldi* in *Chron. Slav.* c. 52. & 53, *Micralii* in *Pomeran.* l. 2. n.  
76. & *Dubrav.* in *Hist. Bobæm.* *Godescalci* quoque Regis *Venedo-  
rum* filius appellabatur *Bute*. Filios hic duos *Pribislaum* ge-  
nuit ac *Nicolotum*, *Venedorum* Reges Illustrissimos. Secundus  
*Pribislaus*, *Nicoloti* filius, ab avo *Bute*, *Christianis* est initiatus sa-  
cris; idem cum *Henrico Leone*, *Saxone*, in terram sanctam pro-  
fecto, amicissimè convixit. Observavimus ex *Historica* dis-  
sertatione *Habichorstiana* etiam, depromta ex *Archivis Mega-  
politian.* ante annos XIV. in *Rostochiensis* alma habita, de origine  
Ducalium Titulor. *Mecklenburgicor.* Regem *Rbadegastum I.*  
quartumdecimum in terris illis, post *Misislaum* factum; sicut  
*Rbadegastus II.* diu post XXIII. Rex succedebat.

§. XX. Sed ab erroribus in viam redeundum, dicendumq; de metallicis fodinis *Hartzigerodanis* feracissimis. Res est miraculo affinis, in abscondito tamdiu, olim jam notissimum, per tot latere potuisse secula, metallicum thesaurum? tot cuniculos, tot puteos, tot reditûs, ex solis capiendos quoque mineralibus? Quid enim quæso, præter mineralia, & obiter, vix tacta, hi, qui ex professo talia in aliis tractârunt regionibus, posteritati reliquere ad memoriam, *Agricola*, *Albinus*, *Thurneisserus*? Confessione publicâ diligentissimus *Georgius Agricola*, ( ut *Thuani* etiam suffragio, ad Ann. Chr. 1555. antiquos omnes in hoc genere, de metallica re, superaverit, ) extremo lib. 3. de fossilium nat. præter sulphur effossis glebis igne obtinendum debito, nil vindicavit *Hartzkerodo*. Ita enim nominat: idemque lib. 5. post princip. f. 605, de *Schisto* agens: *juxta Haczgerodam* ( variat in nomine ) præcipuè invenitur *Schistos*. Si quis alius, post *Agricolam*, sollicitus metallicarum rerum quondam indagator extitit, *Albinus* noster allegari debet. Pauca tamen admodum, nec digna tanto apparatu refert in *Misnens. Chronic. metallic. Tit 13. p. 104.* Nicht weit von den Stolbergischen Bergwerken / und von dem alten Auhalt / ( welches Schloß / gleichwie Gröningen und Gabelens An. 1140. nach *Conr. Berbyl. Zeugniß* / wiederum verstorhet wurde / ) liegen auch am Hartz Brambeck und Haczgerode / welche Schwefel geben. Zu Haczgerode und anderswo daselbst herum am Hartz brechen auch Blutstein und Glasstöpfte. Et hic pariter, nil, præter Sulphur, *Schiston*, atque *Hematiten* tribuit *Hartzigerodano* tractui. Nunc *Thurneissero* tandem auscultemus.

§. XXI. *Leonbardus Thurneisserus* zum Thurn / elogio *Fincelii*, Doctoris Medici -- multorum mores vidit & urbes, Censorum ferè omnium acerrimus, *Thomas Reinesius* in var. Lect. l. 3. c. extr. p. 664. seq. *Thurneiseri opera*, quam huic rei ( de plantis etiam exoticis ) impendit homo ingeniosissimus, linguarum variarum notitiâ, & peregrinationibus ad remotas Barbarorum regiones, Celeberrimus, &c. *Archiatro* olim *Brandenburgicus Electoralis*. Hic in opere de Aquis mineralibus Metallicis-  
que



que, l. 7. c. 54. scribit: Es ist diese Art Landes (differabat in antecedenti cap. de *Anbaltino* Principatu,) mit gar trefflichen vielen Mineralien Gewächsen begabt; derhalben Wunder ist / daß dieser Orten kein Bergwerck auffkommen. Fontes tantum quosdam memorat, & rivulorum scaturigines; è quibus, per examen, obtinuerit cum mineralibus, metalla, aurum, argentum, cuprum, plumbum, ferrum. Cap. 63. ejusd. libri VII. Ben Stangenrode an dem (Hartz) Gebirg / kome auch herfür aus dem dritten Grad der Erden / ein recht Goldwasser / mit Deher vermischet / ist aber auch nicht starck. &c. Solche Ursprung zeig ich allein an / darumb / daß man desto baß Achtung habe; denn wo solche Fluß flossen / die solche Warzeichen mit ihnen bringen / so ist gewiß / daß die Metall nicht weit sind; der Allmächtig Gott geb Gnad / die zu eröffnen / die weil Land und Leut dadurch ernehret und erhalten werden! Hæc & laudabiliter, & verè *Tburneisserus*; quanquam non sufficienter.

§. XXII. Liberè fatebor de me ipso. Nisi meis nuper adhuc usurpassem oculis & manibus, *Hartzigerode* talia & certiora, fidem *Tburneissero*, (de longinquis varia jactanti sapius) non adhiberem. Idem, quod de se testatur c. XXVII. proprio experimento didici, errando per *Piniferi* & *Bohemie* ambagiosos saltus, curis tamen Principalibus potissimum. Reliqua non addo, quæ de auri, argenti, cupri fontibus in *Egrum* influentibus opulentissimis commemorat. Quæsi vi ante duodeviginti annos hos, non sine cura anxia, de signis naturalibus clivorum & rivorum, sollicitior videlicet venar. succor. exsudantium, & terrarum, quàm vel caducarum arborum, vel figurarum mutabilium, edacitati temporis obnoxiarum, indagator. Dicam breviter; nec in *Nariscis*, nec in *Carolinis* thermis, tertium revisis, neque *Elbogano* tractu talia offendi. Adeò non sufficit, hæc tantum indicare, quæ in *Alchymia Magna* passim, & in mineralium opere aquarum *Tburneisserus* commendavit posteris: e. g. Wann du von der

Craga zu der Nabe geheft / so findestu neben einem grossen Stein/  
eine alte Eiche/ darein ist ein Creutz geschnitten / und lauffe nicht  
weit darvon ein helles Bächlein / darinnen findet man Goldkörner/  
und schöne Edelgestein, &c.

§. XXIII. Rationes si quis exigat, cur tot metallicæ  
fodinæ, tantâ mineralium ac metallorum copiâ refertæ, an-  
te tot nobilitatæ secula jacuerint, tamdiu vel abjectæ, vel  
neglectæ in *Hercynia Ducali*, (quidni enim ita nomen  
*Hertzigerodam*, sedem hodieque Principalem Ducis Serenif-  
simi VVILHELMI ANHALTINI, Novamque Ejus Civi-  
tatem *VVilhelminam*? quæ nuac marmore ornanda, ære  
Procerum erigitur,) sequentes damus *generales* pariter ac  
*speciales*. Eò pertinet (1) *iniquitas cum temporum, tum fortu-  
narum*. Temporibus injuria à pesti, fame, bello, terræmotu,  
& contagiosis morbis orta, mille locis, & hominibus metalli-  
cis impedimenta parit. Malis quoque his *Anbaltinorum Sa-  
xonumq;* terras ad *Hercyniam* fuisse obrutas, exemplo vici-  
narum regionum, aliunde patet. *Fortunis evoluti suis incolæ  
& accolæ*, de vita potius, & victu, quàm de instrumentis, ma-  
chinis, laboribus, & fossoribus metallicis solliciti, colendo  
magis agro operam dederunt. Etsi enim sit verissimum,  
*Agricolæ* effatum, (lib. 1. de Metall. nov. & veteribus, à fin.)  
*quædam mons auri aut argenti fertilis vel anno unico  
majorem præbeat utilitatis fructum, quàm ager,  
fructuosissimus quantumvis, centum annis*; quia  
tamen princeps, de lucrando pane cura omnibus est præ-  
ferenda commodis, fit ideò, ut illis magis inhient mortales,  
quibus nemo hominum carere potest. Huc accedit (2) *im-  
peritia & inscitia tractandorum ritè metallorum*. Ritè, inquam,  
vel compendiosè. Non asserimus, omninò ignorasse vete-  
res *Hartzigeroda* accolæ scientiam eruendorum atque fun-  
dendorum mineralium ac metallorum; sed utiliter intel-  
lexisse ipsos, isto adhuc rudiore ævo, fodiendi, extrahendi,  
liquefaciendi, & imprimis separandi artes, (*Seiger und Schei-  
de Wer.*

de/Wercke/) pernegamus. Quam in rem scitissimè philo-  
sophati sunt Patroni Nobilissimi, Auctores Informationis,  
Anno 1694. ap. Halberstadienses editæ, Metallicæ, S. Diesselm  
man denn &c.

§. XXIV. Tertia, impedimentum præbens ratio, ligno-  
rum, pro carbonibus, & subterraneis substructionibus omni-  
nò necessariorum, est defectus. Maximum hoc equidem ob-  
staculum allegabatur, à metallicarum rerum scientissimis  
magistris, Hartzigeroda metuendum aliquando; cui nihilo-  
minus vicinia mederi queat Stolbergensis Comitatus. Quar-  
ta; generalibus annumeranda, Providentia ac justitia divina  
(maledictioni hominum quorundam, aut malitiæ adscribunt  
alii,) attribuenda est. Vix ullo in commercio, aut societa-  
te plurium, tam præsens maledictio, aut pœna Numinis,  
quàm ubi fraus aut vis justitiæ infertur innocentibus da-  
mnosa metallicolis, apparet. Vid. eò Marbesius in Sarept.  
Conc. ult. Der S. Andreas Berg am Harz ist bey nahe 100.  
Jahre (wie man sagt / aus Verfluchung/) liegen blieben; bis  
Anno 1660. Herzog Christian Ludwlg / höchstseel. Andenkens / sol-  
then wieder belegen / und mit Ernst treiben lassen. Vid. Thom.  
Schreiber im Historischen Bericht von Auffkunfft und Anfang der  
Braunschw. Lüneburg. Bergwercke / c. 2. p. 8. Mons molaris  
Schneebergensium devotus execrationibus, ob injustitiam, &  
avaritiam, adversus socios patratam, hodieque odiosus à  
Melzero Conc. 1. Schneebergensis Chron. p. 23. Conferatur  
idem Conc. 3. de Sigillo Civit. p. 63. Parco adducendis lo-  
cis pluribus, Claurthalii in montibus Hercyniis, & Rascha, in  
montan. Misn. haud ita pridem observatis.

§. XXV. Rationes si quis singulares exigat, cur, post tot  
maximos labores, sumtus, apparatus, à Majoribus, jam ante  
plura secula, in Harzicas fodinas hasce factos, nihilomi-  
nùs neglexerint tamdiu accolæ, vel ipsi, (quorum erat, tan-  
tam rem non otiosis oculis spectare,) Principes, aut admi-  
nistri Principum? modeste ignoramus. Fati hæc solertia,  
& sapientia, à Sapientibus vocanda; quæ RESPICIENS  
FOR-

FORTUNA dicebatur à paganis, & adorabatur. Wie nun ganze Königreiche und Länder (verba refero Scriptoris Geographici Topographia Brunsvicensis, Luneb. in Meriano opere, p. 27.) gleich allen andern sublunaribus, denen Veränderungen unterworfen / und ihre periodos fatales haben / darinn sie / nach Gottes Rath und Willen / in ihrem Centro verbleiben / oder zu- und abnehmen: Also seyn viel Stück hiervon ab / und an andere Herrschafften / bald titulo oneroso, bald per sacrum istud aucupium, gekommen; daß also weniger nicht in moralibus, als in Physicis, ex corruptione unius, alterius generatio entsteht / und Boetius so zierlich / als wahr sagt:

*Repetunt proprios*

*Quæq; recursus,*

*Redituq; suo*

*Singula gaudent;*

*Nec manet illi*

*Traditus ordo.*

§. XXVI. Nec tamen nullæ sunt omninò conjecturæ, unde colligas, quamobrem delituerint tamdiu, aut jacuerint incultæ feracissimæ fodinæ? *Lumen majus obscurare, vulgò (rectius absorbere) minus dicitur.* Metallifodinæ *Hartzica inferioros* five *Rammesbergica* antiquiores & prioris sunt *Superioribus*; in monte sitis. Etsi autem non conveniant in Anno veteres Scriptores omnes; *Sigebertus Gemlacensis* tamen cum *Ottone Frising.* Chronic. 6, 24. nec non *Ditmarus* & *Viterbiensis Gotsfridus* stant pro Anno 968. Qui secus sentiunt, examinati ab *Henrico* sunt *Meibomio*, Polyhist. in Histor. dissert. de Metallif. Hartz. §. VI. seqq. De *Clausthalensium* origine non satis convenit. Id constat, quòd ab Anno 1107. fuerint neglectæ, ad Ann. usque 1209. quo resuscitavit eas, Imp. *Otto IV.* instauravit *Frid. II.* Nachmals (ut *Matthesius* refert in *Sarepc.* Conc. 2.) sind die Bergwerke am Elbogen / und Thüringer Wald / und Harz auffkommen / zu Mansfeld und Eisleben / wie auch noch zu Salsfeld an der Sala / heutiges Tages Bergwerck ist. Nach dieser Zeit (pergit) ist Anno 1472. der Schneeberg an der Mulda angangen; Allda hat Herzog Albrecht in S. Georgen-Gruben auff einem ganz silbern Tisch (unter der Erden gewachsen) gespeiset; da auff einem Rux ungefährlich bis in die

In die 32. tausend Gulden sollen zur Außbeute gefallen seyn. &c.  
Cum Anno 1163. Metallis fodiendis *Freibergensibus Goslari-*  
*enses* præbuisſent anſam, brevi poſt evenit, ut, *Goslariâ* reli-  
ctâ, coleretur, velut impetu, *Freiberga*. Chronici illius fide  
conſtat, (Section. prim. c. 3.) Daß der Bergmeiſter und Berg-  
Ambt-leute iſſen Zellerfeld in Sachſen / unter dem Herzogen von  
Braunſchweig / einiger Urſachen wegen / einen Auſſtand gemacht /  
alles ſtehen und liegen laſſen / und ſambt der ganzen Knappschofft /  
ſich zu dem Bergwerck in Meiſſen gewender. &c. Conf. & An-  
nal. *Freibergens.* ad Ann. Chr. 1169. Graviffima fuerunt  
bella interim, nunc inter Cæſares *Saxonieq;* Duces, *Anhaltinos*  
Principes, & Marchiones geſta *Brandenb.* & *Miſn.* & Comites  
*Mansfeld.* à ſeculo hoc duodecimo, temporibus diverſis  
quidem, nihilominus ad ſextum decimum continuata:  
quæ vel ſola poterant ſufficere impediendis cultibus me-  
tallicis, ibidem Anno 1458. Fodinæ *Altenbergenses Miſnicæ*  
inclaruerunt ſtanno. De *Nivemontanis* ante diximus, ex-  
ortis Anno 1472. Anno 1492. *Anneberg.* Anno 1517. Vallis  
*Joachimica* proventu incredibili Metallico nobilitavit locum:  
ne quid de *Piniferi* antiquioribus & *Ilmenaviensibus* comme-  
moremus. Fieri aliter vix poterat, quin facerent jactu-  
ram *Hartzica* fodinæ. Principum piiffimus *Georgius Hartz-*  
*kerodanam* & *Plözkaviensem* ditionem, (quæ eidem utraque  
obtigerat) in ſtatum meliorem eqvidem redegit; ſed de  
Scholis magis & Eccleſiis ſolicitus, quàm de fodinis erat.

§. XXVII. Solertiſſimus Fatorum ordo exeunti refer-  
vavit ſeculo FORTUNAM hanc RESPICIENTEM. Ab  
antica & poſtica parte JANUS in præteritum vertebat BI-  
FRONS oculos, & in futurum. Excitavit providentia Cœ-  
leſtis *oculatos*, hinc & inde Viros, eminentiâ Virtutum, Sa-  
pientiæ, Familiæ, dexteritatis, opum denique, inſignes; qui,  
quod *Jano* olim, idem ſibi datum operæ exiſtimantes, nullis  
parcunt ſumtibus curiſve, ut, cum propriis cujuſque meri-  
tis, majora indices capiant Metallifodinæ iſthic incrementa,  
& reditibus ampliffimis antiqua Domus ANHALTINA cu-  
mule-

D

mule-

*an 1740*  
muletur. Mentio *Solaris Feudi* in vetusto quodam vaticinio, invento tempore *Henrici Salmuthi*, ( qui illius mentionem in respons. pro Matrimonio Principis, cum Virgine Nobili p.99. seq. injicit, ) fit; quo Domui huic antiquissimæ fortuna reflorescens memorabili indicio promittitur. De *Solari Feudo*, quid hoc sibi velit, videatur Jctissimus Dn. *Abasverus Fritschius* in binis, de hoc argumento, Dissertatiunculis, ad cap. VI. §. 7. p. 118. Non desunt omina; nec desunt nomina: RESPICIENS FORTUNA atque REDUX  
clavem exhibebit triplicem. nunc

## SOLI DEO GLORIA!

---

Eruditissimo DN. RESPOND.

à probitate ac modestia commen-  
datissimo:

**M** *Ascula* te doctrina ornat, te *Mascula* Virtus  
Per sublime vehet, MASCKE, probate mihi!  
Per terræ *Ascanie* quæris profunda Metalla  
Ingenio, haud obstant flumina, saxa, calor.  
Crede, laborabunt certantes præmia Musæ  
Ferre! insta cœptis *masculè*, & egregiè!

*Gratulabundus acclam.*

PRÆSES, Senior Acad.  
& h. t. O. P. Decan.

of (o) of

ci.  
o.  
o.  
or-  
ari  
rus  
is,  
t.

tus  
hi!

cad.  
n.

Pon Mb 4109

ULB Halle 3  
003 009 513  


1071







Qk. 134., 45<sup>f</sup>

# HARTZGE

Inexhaustis opibus

## SERTUM RUT

### ANHALTINÆ Domū

RESPICIENS FO

Wittenberg

Publicè repræsenta

PRÆSIDI

## GEORG. CASP. KIR

Orator. Prof. Publ. Ion

Acad. Seniore Venerando,

DECANO maximè Sp

*Dn. Patrono, Præceptore ac*

*Colendo,*

&

RESPONDEN

## CHRISTIANO

Stargard. Po

*In Auditorio*

*Ad Diem Junii Anno*

VVITTEBERG

EX FORMIS CHRISTIANI SCHR



b  
109

